



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Sodomia

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

De incipiente copulam, & re-
filiente, semenque dispergente
dixi §. 4. n. 27.

De mollitie virginis dixi §. 8.
n. 57.

De Mollitie uxorati § 6. n. 46.

De Mollitie sacrilega §. 5.
n. 40. & à n. 35.

De comedente calida, ut pol-
luatur in somno dixi cap. 6. §. 2.
num. 7.

Sodomia.

67 Sodomia, & quidem per- fS. Th. 2.
fecta, est concubitus, f ad sexum 2 q. 52. ar.
non debitum, ut viri cum viro, II. *ibid.*
foeminae cum foemina: nam con- *Cajetan.*
cubitus viri cum foemina in va-
se praepostero, est sodomia im-
perfecta, de qua mox, Concubi-
tus autem, est copula carnalis
consummata; naturalis si sit in
vase debito; innaturalis, si sit in
loco, seu vase non debito.

68 Sed hic est quaestio quando-
nam mutua procuratio pollutio-
nis inter mares, vel inter foemi-

nas debeat dici mollities, quando sodomia.

gCajet. ib.

Respondeo g quando ex affectu ad personam adest concubitus; si fit inter indubitum sexum, hoc est inter virum & virum: foeminam & foeminam, tunc est sodomia. Quando verò est mutua pollutio, absque concubitu, sed solum ad explendam libidinem, est mollities.

70 Hinc si duo Mares commisceant corpora, & moveantur ad procurandam pollutionem, vel quomodocumque se tangant impudice, ex affectu indebiti se-

h Ita Pater Anton.

Marsil.

Lector ca-

juum in

Coll. Rom.

in manu

scriptis in

Lu. 11. 11.

6. 4. 212.

xus, ita ut effusio seminis vel intra vas præposterum, vel etiam extra; puto h esse sodomiam. Si fit intra vas est certum; si vero fit extra, probatur, quia quamvis tunc non sit copula; tamen per illum concubitum est affectus veneris ad indebitum sexum, qui propriè constituit sodomiam; nam ceterum sive se-

men effundatur intra, sive extra; semper æquè in loco non suo dispergitur: locus enim præposterus videtur materialiter se habere in sodomia, sed formaliter ejus essentia sumitur ex motivo, scilicet ex concubitu cum affectu ad indebitum sexum. Confirmo, quia fœmina cum fœmina non alio modo commiscetur, nisi per dictum concubitum cum effusione seminis, & non intra vas præposterum: inter illas enim non potest esse copula propriè, sed si ipsæ fœminæ commisceant corpora ex affectu solum se polluendi, id est explendæ libidinis, est mollities; si ex affectu ad indebitum sexum, est sodomia.

70 Scio Graphium i septire ad copulam sodomiticam requiri effusionem seminis intra vas innaturale. Sed mihi hæc sententia non placet. Primò quia ut dicebam, sic inter fœminam,

&

i *Grap. e.*
90. n. 11. ex
Navar. c.
23 n. 249.

& foeminam non esset sodomia. Secundò quia talis concubitus ex affectu indebiti sexus, cum effusione seminis extra vas non est mollities quia hæc est pollutio ex affectu explendæ libidinis, ut supra diximus, ergo est Sodomia.

71 Solum igitur sententia Graphii est vera, quoad poenas & reservationem, si quando sodomia est peccatum reservatum. Poenæ enim, & reservatio, cum sint odiosa, restringuntur ad Sodomiam principalem, & maximè notam, & undequaque certam.

72 Ex his ergo collige, dum vir cum viro, vel foemina cum foemina peccant per dictum concubitum, satis esse in Confessione dicere, se exercuisse Sodomiam: sine necessitate dicendi an semen intra, an extra vas miserint. Quid dicendum quando vir præpostere foemina

nam cognoscit, & semen extra
vas dispergit, dicam mox cum
de Sodomia imperfecta.

73 Vnum denique hic adver-
te, in Sodomia non satis esse di-
cere, Sodomiam commisi, sed
explicandum / in super, an quis
fuerit agens, an patiens. Ratio
est; quia agens committit pollu-
tionem: quam patiens, eo ipso,
quod patiens est non committit.

De sodomia cum affine, vide
§. 7. n. 54.

De sodomia uxorati, vide §. 6.
n. 46.

De sodomia cum Infideli, vide
§. 4. n. 23.

De sodomia cum Virgine, vid.
§ 8. n. 57

Sodomia imperfecta.

74 Sodomiam imperfectam,
quam alii vocant innaturalem
concumbendi modum, est pec-
catum contra naturam, per quod
vir cum foemina concumbit ex-
tra vas naturale. Est species di-
stincta

l De Lug.
d. 16. sect.
§. n. 243.

stincta